Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sed a

clamabant dicentes. Crucifige crucifige illu. Ille au
tem dixit ad illos. Quid enim malum fecit iste. Nulla causa mor
tis inuenio in eo. Corripiam eum illum et dimittam. At illi in
stabant uocibus magnis postulantes ut crucifigeretur
et inualescebant uoces eorum. Et pylatus adiudicauit fieri
petitionem eorum. Dimisit autem illis eum qui propter seditionem et
homicidium missus fuerat in carcerem quem petebant. ihm
autem tradidit uoluntati eorum. Et cum ducerent eum adpre
hendunt simonem quendam cyrenensem uenientem de uil
la. et imposuerunt illi crucem portare post ihm. Sequebat
autem illum multa turba populi et mulierum quae plangebant
et lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas ihc dixit. Fi
lie ierlm nolite flere super me. sed super uos ipsas flete
et super filios uestros. quoniam ecce uenient dies in quibus dicent.
beate steriles et uentres quae non genuerunt. et ubera quae non lac
tauerunt. Tunc incipient dicere montibus cadite super nos
et collibus operite nos. quia si in uiridi hec facient in arido
quid fiet. Ducebant autem et alii duo nequam cum eo ut crucifi
gerentur. Et postquam uenerunt in locum qui uocatur caluarie. ibi
crucifixerunt eum. et latrones. unum a dextris et alterum a
sinistris ei. Ihc autem dicebat. Pater dimitte illis. non enim
sciunt quid faciunt. Diuidentes uero uestimenta eius miserunt
sortes. et stabat populus expectans. et derridebant illum pri
ncipes cum eis dicentes. Alios saluos fecit. se saluum faciat
si hic est xpc dei electus. Illudebant autem ei milites acce
dentes et aceto offerentes illi dicentes. Si tu es rex iu
deorum saluum te fac. Erat autem et superscriptio scripta super
illum litteris grecis et latinis et hebraicis. hic est rex iudeorum.
Unum autem de his qui pendebant latronibus blasphemabat eum dicens.
Si tu es xpc saluum fac temetipsum et nos. Respondens autem
alter increpabat illum dicens. Neque tu times dm. quod in eo
de dampnatione es. Et nos quidem iuste nam digna factis
recipimus. hic uero nichil mali gessit. Et dicebat adihm.
Dne memento mei dum ueneris in regnum tuum. Et dixit illi.

lugno